



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

21. Quo pacto deponenda sit conscientia errans? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. r
.47.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

De Conscientia dubia. Resol. XXI.

29

bus huius diei, non est miserum si peccet elargiendo elemosynam pauperi extremè indigenti, quia id facit proper malum finem, & peccet etiam non elargiendo, quia violat præceptum charitatis. Hucusque Granadus.

4. Sed ego puto in tali casu nullum peccatum committi , quia non adeat libertas sufficiens ad peccatum: cum enim una ex illis contradictoriis sit tibi necessariis eligenda , & in illa representetur peccatum , iam pecca-

ergunda, & in illis representata p[ro]posita sunt, cum erit necessaria eligendum, quod est absurdum. Deinde non potest quis peccare in aliquo faciendo cuius contradictorie oppolitum indicat esse prohibitum, sed in hoc casu pastor, qui Mislam non audit, putat eam audire illius esse prohibitum, ne gregem deserteret, ergo non peccabit, si cum praedicta conscientia Mislam omittat. Rursus peccatum essentialiter includit dissonantiam ad rationem. Nullius autem prudentis virtuti rationis dissonantia, misserum illum rusticum non potenter indeterminatum permanere, se determinare ad extremum, quod ex nullio capite peius alios iudicat. Deinde, quo modo posset ab hanc determinatione reprehendi homo, qui posset respondere, eodem modo me reprehendes, si hanc determinationem non habuissim. Vnde ex his inferitur a fortiori, hominem carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Mislam, nequam peccare, quia illa omissione Sacri non est libera vello modo. Neque illud iudicium causa est illius omissionis, cum omissione a causis aliis extrinsecis procedit; solum enim est iudicium speculativum falsum, quo iudicas in tali omissione esse peccatum. cum tamen non sit. Et haec omnia docet Castrus Palauus *to. 1. tr. 1. disp. 1. punct. 1*, *Rocafulin. in praxi Theol. mor. par. 1. lib. 2. c. 3. n. 66. Sanc. in test. et let. disp. 1. n. 2. 7. Säch. in sum. to 1. lib. 2. c. 2. n. 14. Hurtadis disp. 2. 6. de Deo homine. n. 89 & 93.* Eminētissimus Lugo de Incardis *disp. 2. sect. 10. n. 137. & alij penes ipsos.*

5. Sed an supradicta procedant solum circa eum, qui sine sua culpa in cum statum venit, ut vtrque pars contradictionis videatur sibi peccatum; an etiam verificetur de eo, qui ob suam culpam in eas angustias redactus est? Respondeo cum Becano, tr. i. c. 4, quod licet quis sua culpa & negligenta, etiam mortali, in eas angustias deuenierit, si tamen in eo statu iam constitutis de praterita negligenta dolet, & faciat, quod in se est, non committer nouam culpam. Primum, quia nulla culpa, aut negligenta praterita potest hominem ad nouum peccatum necessitare. Secundum, quia in quoque statu, & quacumque posita conditione, potest homo prudenter operari, voluntas autem, que sequitur regulam prudenter non peccat.

6. Rogabis iterum, quid in tali casu agendum sit homini, ut prudenter se gerat? Respondeo hoc non potest in particulari, sed tantum in genere praescribam: nam si in tali casu potest homo vti alterius consilio, optimè fecerit. Si vero per seipsum debet rem expedire, attendat vim, & naturam preceptorum, quæ illi videntur tunc concurrere, & simili expendat commoda, qui sequi possunt; & tunc pensatis omnibus id eligat, quod videatur habere pauciora incommoda, vel esse contra praecptum minus obligans, & sine scrupulo procedeat: nam si vera habet voluntatem non peccandi; & sufficiens adhibet diligentiam, nunquam peccabit, saltem graniter, etiamque forte eligerer id, quod maius malum est, modo ipse nesciret esse maius malum. Quid si omnibus perspicuis vtrumque aquale malum apparet, absoluè poterit, quod voluerit, facere: tamen iuxta Cordubam lib. 3. q. 5. tutius consilium est, vt si homo censem ad alterum magis affici, eligat oppositum, ad quod minus inclinatur: quia affectio facit ut plurimum apparere plus ea, quae ei conuenient; & inde rationis iudicium impedit, vel ad se curuum trahitur.

R E S O L . X X I .

*Quo pacto deponenda sit conscientia errans? Ex p. 9. tr. 8.
& Misc. 3. Ref. 49.*

Tom. VII I.

S. I. **P**tauit Caetanus *in part. 2. Dini Thome, q. 19.*
art. 5. conscientiam eratram deponi posse; etiam sine villa ratione; eo solum; quid homo nolit admittere erroneum dictamen. Exemplum adhibet, dicens Si mulier à concionatore audisset esse mortale ut alienis capillis, eo quod sit simulatio; licet sine solutione huius argumenti pro libito deponat talentum conscientiam & credit sibi esse licitum talem ysum: non peccabit viens prædictis capillis. Probat quia conscientia errans non habet ex se vim obligandi, nisi quatenus acceptatur: ergo quandocunque non acceptetur, non obligabit. Caetano subscriptibit Valentia *q. 1. pum. 4. 5.*
*A*que ex eodem fundamento Medina etiam ad art. 6. dab. 3. versicul. *Vitima notandum est*, assert prædictam Caetani doctrinam, & exemplum, licet addat hac verbatim vero peccet (*scilicet illa mulier*) quia non adhibet fidem Concionatori, alia quaestio est.

2. Sed hanc sententiam potiū reiciendam esse cum Salas *vbi supra*, in Diuum Thomān., tr.8. *disp. viii*, *seccio. 3. n. 30* & aliis, quos citat, & sequitur Sanchez in *Summa to. 1. lib. 1. c. 11. n. 10.* Quibus ego addo Praepositum in part. 2. *Dini Thomās*, q. 19. art. 7. dub. 3. §. 1. *Rocafulli in praxi Theol. moral. part. 3. lib. 2. Castrum Palati* 10.1. *disp. 1. punct. 6. n. 5.* & *Granadum in part. 1. Contr. 2. tract. 12. sect. 5. n. 27.* Dico igitur non posse pro libito conscientiam errantem deponere: cum manifeste periculo te exponas veram conscientiam deponendi: illa enim falsa conscientia tibi appareret vera. Si ergo veram pro libito deponere non potes, quia non potes pro libito te legibus diuinis exueris: neque potes conscientiam errantem pro libito depellere. Secundo, vel illa conscientia ex rationibus probabilibus errat, vel ex rationibus moraliter certis secundum tuam estimationem: quocumque modo sit, ut prudenter deponatur, debent adesse rationes saltem probabiles in contrarium, alias temere procedes, neque poteris honestare actionem, cum oriarit ex iudicio abique vila ratione efformato. Itaque dicendum est semper ita se debere gerere cum, qui habet conscientiam errantem, ut permaneat in eo saltem virtuali iudicium, quod probabiliter, atque adeo prudenter dicitur, sibi licet oppositum eius, quod dicitur conscientia errans. Probatur manifeste: nam non potest quis licet operari sine dictamine prudentiali, hoc autem esse non potest sine opinione probabili de honestate obiecti; unde quod sit sine praedito dictamine, est contra reclamacionem. Ex quo principio infetur directa solutio propositae difficultatis: duplex enim esse potest conscientia errans, vna, que ita dicit aliquid esse peccatum, ut nullo modo etiam probabiliter creditur esse licitum id, quod re vera licitum erat secundum se; & haec conscientia deponi debet medio aliquo iudicio probabiliter saltem dicante id non esse peccatum, alioquin imprudenter, & male facit, quia talis obiectum fuerit amplexatus, cum non habeat cognitionem, quam vidimus requiri ad honestam operationem, & quod ad hocominè non vere videtur sententia quæ Caietanus refelli. Altera conscientia errans est ratione cuius videtur homini probabile esse peccatum aliquid, quod certum est non esse peccatum: ita tamen ut simili habeat idem homo fundamentum, quo verisimiliter fibi persuaderet oppositum; & tunc licitum est deponere illam conscientiam sine vila alia ratione deinde inveniāti, quod licet operabitur quipiam, quantumvis illam conscientiam non deponat. Et si id fortasse voluerint Caietanus & Valentinus, recte sentient: nam ad honeste operandum non aliud requiritur, quam iudicium practice probabile de honestate obiecti sed siue illa conscientia errans siue nouo aliquo fundamento deponatur, siue non deponatur; permanet iudicium probabile de honestate obiecti, ergo. Exemplum vere adductum à Caietano recte observant Corduba lib. 3. quest. 12. post. 1. *propositio 5.* *Ex quibus patet, & alijs possunt*

Tractatus Secundus.

30

p̄e explicari, si nimur illa mulier prudenter sibi persuadet. Concionatorem esse scriptulosum, aut id dixisse potius ad terrorem; atque adeo eius dictum non obstat, quo minus oppositum sit probabile; tunc enim licet poterit ut illis capillis. Quam doctrinam veram esse existimat Vaquez, sed alienam à mente Cajetani,

RESOL. XXII.

Si qui occidit Petrum putans, & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit esse Petrum? Et ari qui violavit ieiunium, quod putabat esse sub obligatione, cum tamen re vera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit, si dicat, violauit ieiunium? Et hoc sunt generalia pro conscientia erronea, & pro aliis casibus, quando quis tenerit explicare sūisse errorrem; sive propter aliam obligationem, sive propter censuram, que non incurritur, nisi quando non erratu. Ex p. 1. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 60.

§ 1. Afirmatiè videtur respondendum, nam videtur confiteri illud quod fecit: Significat enim aliam actionem distinctam ab ea, quam exercuit. Nihilominus in genere moris non est alia actio; semper enim in confessione censetur confiteri actionem quam putabat esse occisionem Pauli; ideo si confiteatur dicens occidi hominem, & nihil aliud, quando ex alio capite non consurgit alia obligatio (quod per accidens est) satisfacit; vel si dicat, occidi quem putabā esse Paulum, etiam postea deprehenderit esse Petrum, verè confessus est quod fecit: confessus est enim homicidū, quod putabat esse Pauli, quod verificatur etiam in homicidio Perri: de illo enim homicidio Petri putabat esse Pauli, & tale homicidium confessus est. Quod si forte quando confitebatur dixit occidi Paulum, adhuc existimo sufficere eam confessionem, nec postea deprehendens sūisse Petrum, debere iterum confiteri, quia reuera confessus est peccatum mortale quod fecit: quotiescumque enim quis confiterit peccatum confiterit illud prout erat in conscientia sua probabili; tunc autem quando occidit erat in sua conscientia probabili vt supponimus, quod ea actio esset occidio Pauli, & non Perri, & in morali astimatione idem est dicere occidi Paulum, atque dicere occidi quem putabam esse Paulum, seu eum, qui me iudicione tunc erat Paulus: sūi enim reuera fuisse, sive non fuisse Paulus, pro malitia morali, & materia confessionis (etiam comparatione actionis externa, vt provenientis à voluntate interna) nihil refert. Et hæc omnia docet Dicastillus de Sacramentis 10.2. tr. 8. dis. 9. dub. 8. n. 7.

Sup. hoc in
tom. 1. tr. 7.
Ref. 5. § vlt.
per totum.

2. Sed hic quæsi potest, an qui violavit ieiunium, quod putabat esse sub obligatione, cum tamen reuera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit, si dicat, violauit ieiunium?

3. Negat Sanchez l. 1. in de catalog. cap. 11. n. 5, cum Salas, Valentia & Sayro à se relatis contra Adrianum in 4.9.4. de confessione qui dixit, peccatum contra conscientiam erroneam esse speciale, & explicandum in confessione, cuius contrarium ab inconvenientiis probant: quia sequeretur peccata, etiam quando conscientia non errat, durus semper malitias habere, alteram quidem contra eam virtutem, cui actus opponitur, alteram contra conscientiam. Unde inferunt potius esse dicendum peccatum contra conscientiam habere idem obiectum in specie, quod haberet, si vera esset obligatio; ideoque pu-

In indice primo huius Tom. 8. vide Apendicem ad hunc Tract. 2. Vbi reperies alias plures quæ. missas, & differas per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 2. de Conscientia dubia, &c.

TRACT.

tant eum, qui non haberet etatem requisitam, ut obligetur lege ieiunij, si ex errore putat le teneri, peccato eiusdem speciei cum eo, quo peccare si vere teneretur: quæ doctrina mihi etiam placet, approbat videtur Cardinal. Lugo, dum à se relatum non repusat dis. illa 16. n. 49.

4. Addo tamen (id quod generale est pro aliis cibus) aliquando debere explicari fuisset error, sive propter censuram, sive propter aliam obligationem, quæ non incurritur, nisi quando non erratur: si efficietur peccatum ab aliquo contra iustitiam ex conscientia erronea, accipiendo furiuè rem, quam putabat esse alienam, v.g. Ecclesiæ, & reuera esset accipiens, etiam si effecta lata censura pro furto facto ex Ecclesiæ, & item censura pro non restituente, aut pro non renelande etiam si ea peccata coram Deo essent eiusdem speciei cum iis, quæ fierent ex conscientia vera; tamen neque incurrit censuram, nec obligationem restituendam, aut reuelandam; ideoque nec confessarius debet ab ea censura absoluere, nec cogere ad restituendum, vel negare solutionem, nisi restiteat aut paratus sit restituere, cum praedicta requirant peccatum verè ex vera conscientia commissum. Item, debet explicari, quando si non explicet penitentis, existimauit confessarius illud non sūisse peccatum, vt, si quis confiteatur se non audire Sacrum in die Louis maioris hebdomadæ, quod cum non sit peccatum, seclusa conscientia erronea, punia confessarius non dici vt peccatum mortale; sed vt aliquam imperfectionem. Item de ieiuniis in vigilia Epiphaniae, & similibus. Item si puer minoris aetas se accuset quid in Parasceve non ieiunauerit, ita Dicastilla supra n. 705.

5. Sed circa præsentem difficultatem vide meipsum alibi, & me citato Leandrum de Sacram. tom. 1. tr. 1. dis. 8. § 7. 9. 17. vbi firmas sufficiunt in calu propria, si penitentis in confessione se acuerit, & dicat, vnde ieiunium, quia idemmet in specie peccatum committit, ac si vera esset obligatio ieiunandi. Vnde puer qui sòllo putat se teneri ad ieiunium, & non ieiunat, committit peccatum eiusdem speciei cum eo, quod communis adolescentis obligatus ad ieiunandum.

6. Vnde mihi non placent ea quæ afferit Salas 1.1. to. 1. tr. 8. dis. 2. n. 28. in fin. vbi ait: Cum quis rem licitam egit, putans esse illicitam, vt, si occidit feram, putans esse hominem, debet errorem exprimer, alioquin non intelligeretur malitia actus extermi, quia occidere ferat mala non est.

7. Verùm, vt dixi, ego absolutor sentio, quando peccatur cum conscientia erronea, non esse speciale peccatum, & ideo satis esse fateri præcepti violationem, quam conscientia errans dictabat, non declarando fuisse contra conscientiam erroneam. Ideo Doct. Cardin. Lugo de penit. dis. 16. n. 50; cum sequentibus & Paginæ de præceptis Ecclesiæ 1.2. c. 5. n. 14 qui, sicut & Henriquez supra ait in prædicto calu furti, vt sufficiat explicari peccatum, si quis dicat, fieri furuè, dum rapiat id quod putabam esse alienum, quibus ut bis explicari se habuisse conscientiam peccati non tam significat, an illa conscientia fuerit vera, vel erronea. Atque hunc modum explicandi metiri approbat idem Cardinalis supr. n. 500. imd addit non esse dubium quin sufficiat similem modum confitendi, addit ipse postea n. 501, si dicat: Feci hoc vel illud putans me facere contra præceptum, vel contra obligationem gravem. Quaratione vero explicat, quod fecit, nec se exponit periculo dicendi peccatum quod non fecit, quod totum mihi placet, vt placuit etiam Dicastillo loc. cit.